gl'ia: ꝛ videt ꝙ nō qr ſm Jo. xvij. Hec eſt vita eterna vt cognoſcāt te ſolū ꝛ verū deū ꝛ quē miſiſti ieſuʒ xp̄ʒ: ſʒ oēs ipʒ cognoſcūt ergo ꝛc. Jn oppoſitū eſt illud Joh. xiiij. Jn domo p̄ris mei mā̄ſiōes multe ſunt. i. diuerſi ſtat⁹ et ġd⁹ gl'ie. R̄ndeo ꝙ vnus plus hʒ de gl'ia ꝙ̄ alius qr meritū dʒ rn̄dere p̄mio. Et hoc reqrit diuina iuſticia q̄ reddit vnicuiqʒ ſm opa ſua. math. xvi. Ad argumētū dicēdū ē ꝙ lʒ oēs videāt deū vn⁹ clarius videt ꝙ̄ alius: ſicut etiā in hoc mūdo vn⁹ melius videt ꝛ intelligit ꝙ̄ ali⁹. Tertio ponit tertia q̄ſtio de poſſeſſiōib⁹ vanitate: cū ſubdit. Aut cuius ſūt iſta q̄ ſeqris. R̄ndet Grego. ꝙ nr̄a nō ſūt q̄ nobiſcuʒ ferre nō poſſum⁹. Sūt autē tria q̄ ſequunt: ꝛ q̄ nobiſcuʒ ferre nō poſſum⁹. P̄rio diuitias ferre nobiſcū nō poſſum⁹ vñ p̄s. Dormierūt ſomnuʒ ſuū ꝛ n. inue. oēs vi. diuitiaꝝ in ma. ſuis. vñ qñ vn⁹ canis ſequit duos hoies neſcit ab alijs cui⁹ ſit: niſi i receſſu ab inuicē ſic eſt de diuitijs qr ſequunt ꝛ mūdū ꝛ hoies: ſed qñ homo recedit a mundo tūc ptʒ ꝙ hoīs nō ſunt: q̄re manent in domo. Scdo delicie etiā hoies non ſequūtur ſʒ pene. vñ Apo. xviij. Quātū ſe glorificauit ꝛ i delitijs fuit mūdi et carnis tm̄ date illi tormētū et luctū. Vñ delitie cōparant eſce exiſtenti i hamo: quē app̄henſū morſ ſeqtur. Iteʒ veneno qd ſub melle dat. Itē vino dulci qd in fine mordebit vt coluber Proue. xxiij. Tertio honores etiā hoies nō ſequit. Ratio eſt ſm phm̄. i. Ethicoꝝ. Qr honor eſt in honorante honorātes aūt in mūdo iſto remanēt decedētibus honoratis. p̄s. Nō deſcēdēt cum eo gl'ia eius. honor. Tria ſunt q̄ non lucēt niſi de nocte ſm phm̄. ij. d. aīa. Squame piſcium Noctalus ꝛ Querc⁹ putrida Squame q̄ facte ſunt ad modū denarij pecuniā ſignificāt. Noctal⁹ que vētrē i nocte hʒ lucidū ſignificat vētris ꝛ luxurie delicias Quercus putrida: q̄ ē arbor alta ꝛ fortiſ ꝛ folijs ornata honorē mūdi ꝛ gl'iaʒ ſigt. Hec nō lucēt niſi in nocte hui⁹ mūdi Vñ diuiti epuloni nec diuitie nec delitie cum epularet q̄tidie ſplēdide ne honor biſſi ꝛ purpure proſunt: nec eū

secute: sunt: sed totū ꝯtrariū. Nā pro diuitijs habuit oīmodam paupertatē ita vt paupis auxilium inuocaret. Pro delitijs tormenta: ꝓ honore vestiū īferni habuit sepulturā. vñ. Ber. Quid ꝓfuit illi inanis glīa: breuis leticia mūdi potētia, carnis voluptas: false diuitie magna familia ⁊ magna cōcupiscētia q.d. nihil Qđ aūt nullū istoꝝ hoīez sequatur: pꝫ in rege Alexādro de quo legitur ꝙ eo mortuo ⁊ sepulto in tūba aurea ꝯuenerūt ph̄i plurimi. Quorū ꝑmus dixit ⁊c. vt supra. in sermone de morte. Et iō bene đ. Eccl. vij. Melius est ire ad domū luctus ꝙ̄ ad domū cōuiuij: in illa ei cunctorū admouetur hoīm interitus et cogitat i eius q̄ futurus sit: de vtilitate et humili statu homis mortui legitur ꝙ cū Alexāder iret vt inueniret paradisuꝫ terrestrē inuenit quēdā senem et cū locutus fuisset cū eo et senex cognouisset ꝙ esset Alexāder rex ꝓtulit quēdam lapidem kapillu ꝫ album: et dixit volo tibi hoc iocale dare: qđ habet tantem virtutē: q2 si quis eū discoopertū posuerit in statera prepōderat oībus que ꝯtrā ponūtur. Si vero coopertū fuerit modica terra quātūcunqꝫ sit modicū corpus prepōderabit eidē. Et tunc accipiens staterā corā eo probauit quo facto subiūxit Volo tibi dicere qđ hoc significet lapis iste discoopertꝰ sic ponderatus est rex alexāder: dū viuit qui oībus alijs hoībꝰ plus appreciatur. sed si modica t̄ra cooꝑtus sit post mortē: quodlibꝫ corpꝰ vile plus eo valebit ⁊c. Rogemꝰ ℊ.d.

¶ Generalis. Sermo. xxvi.



Vmbre trāsitus est tp̄s vite nostre. Sap̄. v. Int oīa que sūt vana et cito trāseūt: est vmbra. Et iō bene sigñat vitā nostram q̄ res debilis est et citissime trāsit. Et hoc est qđ đr in v̄bo proposito in q̄ quidē verbo duo notantur. ¶ Primū est proprietas nr̄e peregrinatōis cū premittitur vmbre transitus. ¶ Secundū est mutabilitas nr̄e conditiōis cuꝫ additur tēpus vite

nostre: qd tẽpus cõparatũ umbre ꝑpt quattuor cõditiões Prĩo ꝑpter duratõis breuitatẽ. Scd̃o ꝑpt deceptionis falsitatẽ. Tertio ꝑpter densitas obscuritatẽ. Quarto ꝑpter mutatiõis cõtinuitatẽ. Prĩo dico ꝙ vita nr̃a cõpatur umbre ꝑpter duratõis breuitatẽ. Breues eñ dies hois sũt. dr Job. xiiij. vñ ps. Dies ei⁹ sicut vmbra ꝑtereũt: hoc cõsiderãtes defũcti dicunt illud Sap. Quid nobis ꝓfuit supbia? Quid diuitiarũ iactãtia cõtulit nobis: oĩa trãsierũt tanꝗ̃ vmbra: ⁊ tanꝗ̃ nũcius ꝑcurrẽs: ⁊ tanꝗ̃ nauis q̃ ptransit fluctuãtẽ aquam aut auis q̃ trãsuolat in aere cui⁹ nullũ ẽ iuenire argumẽtũ itineris ei⁹ aut tãꝗ̃ sagitta emissa in locũ destinatũ ubi sapiẽs cõpat vitã nostrã q̃ncꝫ reb⁹ q̃ trãseunt velocissime. Prĩo vmbre q̃ q̃to maior ẽ citi⁹ trãsit vt pꝫ in vespis. vñ ps. Hõ vanitati siĩs fact⁹ est: dies ei⁹ si. vmb. ꝑte. Scd̃o vita nr̃a transit velociter vt nũcius ꝑcurrẽs dñi suũ iterũ ad gloriã vel ad penã. vñ. Prouer. xv. Indignatio regis nũci⁹ mortis. s. eterne: q: oꝑa mala sunt nunci⁹ mortis eterne: ⁊ nũci⁹ bon⁹ de terra. i. longinq̃. s. de mundo sic ei mala oꝑa nũciauit vñ rex indignatur sic bona vñ rex placatur. Tertio trãsit vita nr̃a sicut nauis trãsit aquã fluctuantẽ cũ multis periculis de q̃b⁹. ij. Cor. xi. Periculis fluminũ: periculis latronũ ⁊c. Quarto vita nr̃a trãsit sicut auis volãs ꝑ aerẽ ꝑpt insidiantiũ demonũ sagacitatẽ. Multe sunt insidie dolosi. i. demonis. eccl. xi. Sed nos debem⁹ facẽ sicut auis sedẽs in ramo: ⁊ circũquacꝫ respiciens vt possit venãtiũ ꝑicula declinare. iuxta illud Prouer. i. Frustra iacitur rhete añ ocl'os pẽnatoꝝ. Quito vita nr̃a trãsitur sicut sagitta q̃ in altũ ꝓiecta statĩ ad yma reuertitur sic ẽ de vita nr̃a: q: q̃tumcũcꝫ hõ per honores et diuitias sublimetur necesse ẽ in terrã reuerti. vñ. Job. i. Nud⁹ egressus sũ de vtero mr̃is mee. nud⁹ reuertar illuc. ⁊ Eccl. xij. Reuertatur puluis in terrã suam Scd̃o dico ꝙ vita nr̃a cõpatur vmbre ꝑpter deceptiõis falsitatẽ. Aliud em̃ videtur esse vmbra ⁊ aliud. est. Videtur eñ esse corp⁹ ⁊ non est: sic est de vita

nostra qz aliud ondit.z aliud ipedit. Ondit eni quietē:z laborē impedit.vn̄. Job.v. Homo nascit ad laborē.vn̄ dicit Augu. O vita misera quātos decepisti quātos excecasti q̄ te videt nō te cognoscit:qui te cognoscit nō te diligit:qui te diligit tu eū decipis et idō dr Eccl'.xiiij. Qui apphēdit vmbrā sequit vētū sic q̄ attēdit ad ista mūdana. Tertio dico ꝙ vita nr̄a cōparat vmbre ppter dēsitatis obscuritatē Quāto ei vmbra dēsior:tāto frigidior sic z vite hui9 felicitas ꝙto maior tāto magꝫ ab amore di refrigerat.vn̄ gre. Tāto q̄s ab amore dei distingit:ꝙto iferius delectat. De hac vmbra dr in ps. Humiliasti nos i loco afflictiōis z coopuit nos vmbra mortꝫ. Locus afflictiōis ē mūdus iste plenus miserijs. vn̄ Grego. Quibus malis nō vrget mūdus iste.q.d.oib9. Et idō ista vmbra figurat p vmbrā iunipi spinose sub q̄ requieuit. Heli.iij.reg.xix. Umbra ei iunipi spinosa mūdi vitaz significat plenā pūctionibus multarū penarū.de q̄ Boet. lib.de ꝯsolatiōe dicit ꝙ in limine iouis sunt duo dolia: quarū alterū est plenū amaritudi:z alterū plenū dulcedine:z de his oēs igredientes oꝫ gustare. Mūdana felicitas multis amaritudinibus est respsa. Hec aūt vmbra quādo dēsior tāto magꝫ vt dictū ē a diuino amore refrigerat:z calore diuine dulcedinis puat. Quarto dico ꝙ vita nr̄a cōpat vmbre ppter mutatiōis ꝯtinuitatē. vn̄ Job.xiiij. Homo nat9 de muliere:breui viuēs tpe replet multꝫ miserijs.q̄ quasi flos egredit z cōterit z fugit velut vmbra z nūꝙ i eodez statu pmanet. In q̄b9 vbis. primo ponit ppagatiōis iniq̄tas cū dr. Homo nat9 de mulie. vn̄ ps. Ecce in iniq̄tatib9 ꝯceptus suz:z i pctis ꝯcepit me mr̄ mea. Scdo ponit vite psentꝫ modicitas cum addit. breui viuens tpe. vn̄ Job.x. Paucitas dierū meoꝝ finietur breui.s. tpe. Tertio ponit penarū varietas:cū dr. Replet multꝫ mirijs. d quo Greg.dicit ꝙ his vbis augustamur ad vitā z dilatamur ad penā.z ps. Multiplicate sūt ifirmitates eoꝝ. Quarto ponit ꝯplexiōis fragilitas: cū subdit. Qui q̄si flos egre-

ditur ꝛ cōterit̃ de quo Jaco. i. Exort⁹ est sol cū ardore: et arefecit fenū: et flos ei⁹ cecidit vel decidit: ꝛ decor vult⁹ ei⁹ deperijt. Quinto pōitur vite istabilitas ibi. Et fugit velut vmbra ꝛ nunq̄ in eodē statu pmanet. de q̄ Eccl' s. vij. Stultus vt luna mutat̃ Stultu⁹ est hō qui p paru[m] magna relinq̄t. sicut ille q̄ vidit vmbrā carnis carnē reliq̄t hic vt luna mutat̃: q2 nūc ē liuid⁹ nūc obscur⁹ nūc cornutus p dn̄um: nūc sine cornibus p seruiciū nūc magn⁹ p potētiā nūc paruus p impotentiā. Rogem⁹ ergo d.

¶ Generalis. Ser. xxvij.



Tatutū est hoib⁹ semel mori. Heb. ix. Res insolita ē cā admiratiōis. vn̄ ex admiratiōe ceperūt hoies phari: vt scribit̃ plogo methaphisice voluerūt autē scire q̄re tales res isolite contingebāt. Mors ꝗ nō est res insolita: s3 vsitata a pricipio mūdi ex diuino statuto Et iō nō ē mirandū: si hoies vel q̄n hoies moriūt̃: sed magis si ɔ̄rium eueniret: q2 sm pħm q̄ scribit̃ Hester. i. Decretū regis nō l3 p̄terire. Et h̄ est qd̄ dicit apl's i v̄bo pposito. Jn q̄ q̄dē v̄bo. Prio pōit̃ auctoritas potētis punitor[um]: cū premittit̃: statutū ē. Scd̄o pōit̃ fragilitas labēt[um] pctōris cū subdit̃ hoib⁹. Tertio pōitur subtilitas furētis exactoris cū subdit̃ semel mori. Prio ꝗ ponit̃ auctoritas potēt[um] punitoris. cū d̄r statutū ē. Ubi est scien. q̄ hoc statutū fecit iperator altissim⁹ creator celi ꝛ terre ppt̄ tria Prio vt liq̄de mōstretur pctm̄ trāsgressoris. Scd̄o vt itegre seruet̃ p̄ceptū mādatoris. Tertio vt acriter purgetur delictū ɔ̄tēptoris: Prio dico q̄ statutū moriēdi fecit dn̄s etern⁹ vt liq̄de mōstraret̃ pcc̄3 trāsgressoris. Bona ɔseq̄ntia est q̄ si ꝗs punit̃ iuste ꝗ peccauit cū igit̃ de⁹ sit iust⁹ iudex ꝛ puniuerit primū hoiem morte ꝛ totā ei⁹ posteritatē ꝗ peccauit: s3 posset aliq̄s dicere q̄ cū sol⁹ adā peccauit: sol⁹ debuit puniri. R̄ndeo sol⁹ adā nō peccauit s3 oēs peccauerūt in eo. Ro. iij. Tota ei natura hūana erat i adā. et iō tota die fuit corrupta i eo.

sicut spēs venenosus gñat serpētē venenosuz ita adā p pctm̄ corruptus oēs genuit pctōres: ꝛ qꝛ stipendia pcti mors. Ro. vi. Jō oēs mori d̄bemus ꝛ nullus excipit̄ qui nō aliqñ moriamur cuiuscū ꝯ pditionis sit. Scd̄o ꝙ hō morit̄ vt ītegre seruet̄ prece ptū mādatoris. si eñ nō ser uaret̄ diuinū statutū minus tieret̄ p̄ceptor. vñ qꝛ nō stati ꝯ malos pfert. sniam absq̄ dubio filij hoiz ppetrāt ma la Eccl. viij. Ut igit̄ hoies tie ant trāsgredi diuīa p̄cepta morte trāsgressiōis puniūt̄. Alia rō ē qꝛ p̄ceptū q̄ue non fuit iux̄ illō Jo. v. Mādata eius g̃uia nō sūt. Tertia rō ē qꝛ magꝭ credidit dyabolo ꝙ deo. Tertio dico ꝙ p h̄ statu tū purgat̄ acriter delictū cō tēptoris. mors ei ē. Prio ītē siue afflictiua. Scd̄o extēsi ue p̄uatiua. Tertio decepti ue p̄uētiua. Quarto pmāsi ue retētia. Prio dico ꝙ mors est ītētiue afflictiua. vñ dicit̄ iij. Ethi. ꝙ mors est vltimuz terribiliū. ꝛ rō ē qꝛ vbi ē ma ior vnio: ibi ē difficilior sepa tio ꝛ p ꝯñs maior dolor. Si cut eñ dilectio ꝛ cōiunctio cōueniētis cū conueniente ita dolor est sepatio eoꝝ. Et iō dixit q̇dā rex. i. reg. iij. Si cine qꝛ separat nos amara mors qꝛ ppt̄ vnionez maxi mā corpis ꝛ aīe est dolor ma ximus. iō dicebat dauid. Ec ce in pace. i. vnione corpis ꝛ aīe amaritudo mea amariꝭ sima. ꝛ Eccl. xli. O mors ꝙ amara ē mēoria tua hoī ha bēti pacē in substērijs suis. Scd̄o mors est extēsiue p̄ua tiua. Nā eius p̄uatio se extē dit ad oīa bona mūdi: p̄uat eñ parētibus ꝛ amicꝭ hono ribus ꝛ d̄litijs. Prio pria pa rētibus ꝛ amicis. vñ ps. Pe rit memoria eoꝝ cū sonitu. s palmaꝝ ꝛ cāpanarū. Extēolū h̄emus triū amicoꝝ. Scd̄o p̄ uat hoies diuitijs honori bꝰ ꝛ d̄litijs. vñ sap. vi. Quid nobis pfuit supbia. Quid di uitiaꝝ iactātia ptulit nobis Oia trāsierūt velut vmbra. ꝛ Baruch. iij. Ubi sūt pricī pes gētiū ꝛ q̇ dñant̄ sup be stijs q̄ sūt sup terrā? Ecce su pbia hois. Qui argētū the saurizāt? Ecce diuitie. Qui ī auibus celi ludūt? ecce deli tie ꝛ tñ exterminati. i. extra mūdi t̄mios positi sunt oīa relīquētes in mūdo: ꝛ nihil portātes. t̄tio dico ꝙ mors.

est deceptiue preuētiua. Vñ Eccl'.ix. Nescit hō finē suū: sz sicut pisces capiūtur hamo ꝛ aues ꝯprehēdunt laqo sic capiunt hoies i tpe malo. s. mortis. Pisces q̄dā et aues delitias in cibo q̄runt ꝛ morte accipiūt. sic est de hoibus Exēplū hēmus Lu.xij. De diuite q̄ dicebat. Aia mea habes mlta bona cōgregata i ānos plurimos. Epulare: requiesce: comede ꝛ bibe. Cui subito dictū est. Stulte hac nocte aiam tuā repetēt a te Quarto dico ꝙ mors est pmāsiue retētiua: sicut eñi descēdūt fluia sine reuersione sic est de hoib⁹ morientibus. iō dicit q̄dā sapiēs dña regi Dauid mortuū filiū deplorāti. Noli mi dñe nimis flere filij tui mortē: qꝛ eū recupare nō potes. Oēs eñi morimur ꝛ q̄si aque dilabimur sup terrā: que non reuertunt. ij. Reg.v. Rogemus ergo dñm.

¶ Generalis. Ser.xxviij.



Uis est hō qui viuet ꝛ nō videbit mortez ps. Ne hoies confidāt in iuuētute vl' fortitudie vel potētia ppha eos īstruit: et ꝯfidētes i his arguit dicēs. Quis est hō tā iuuenis: tā fortis. tā potens q̄ possit resistere morti. q.d. null⁹. Et hoc ē qd̄ dr in vbo ꝓposito. in q̄ duo no. Primū est fragilitas hūane cōditionis cū premittit. Quis ē hō Homo eñi dr ab humo qd̄ ē terra ꝺ q̄ fact⁹ est Gñ.ij. Formauit ergo dñs de⁹ hoiez de limo terre Scdz ē necessitas finalis ꝯclusionis qd̄ notat cū addit. Qui viuet et nō videbit mortē. Oēs eñi morimur et q̄si aque dilabimur sup terrā que nō reuertūt. ij Reg.iiij. Circa ergo sci. est ꝙ qꝛ ineuitabilis est. Prio est memorāda cū attētione sollicita. Scdo ē expectāda cuz ꝑparatione debita Tertio ē tolerāda cū firma cōstātia. Prio dico ꝙ qꝛ mors est ieuitabilis ē memorāda cū attētione sollicita. Nā fm btm Hiero. Facile cōtennit oīa q̄ semp se cogitat moriturū vñ ppt tria est mortis mēoria habēda. Prio qꝛ excludit dulcedia ē mūdane delectatōis Scdo qꝛ iducit formidinē eterne dānatiōis: Tertio qꝛ iducit multitudinē fraterne

cōpassionis. ¶ Primo mortꝫ memoria ē habēda: qꝛ exclu dit dulcedinē mūdane dele ctationis: sicut enī amaritu do fell' vberibꝰ supposita fa cit īfantē refugere lactꝭ dul cedinē sic mortiꝭ mēoria cō solatōez ꝛ dulcedinē delecta tiōis mūdane. Est enī valde amara. vñ Eccl'.xli. O mors ꝙ amara est memori tua Et iō merito facit dulcedinē de lectatiōis effugere. Naz ſm Greg. Nō morit' dulcedo mi ſi cū amaritudie. Nō morit' frigus nisi in calore. Nō est mortua mors nisi in vita. Et ideo nihil adeo tñ valet ad domādū carnis vitia: ꝙ tuz cogitare qual' sit mors tua. Et de hoc habemꝰ exēplū in tribꝰ nobilibꝰ q̄ cū venerarēt īuenert sepulchꝛū spurcitia plenū. Q̄d ꝯsiderātes mūdi delicias reliq̄rūt. Scd̄o dico ꝙ memoria mortꝫ īducit for midinē eterne dānatōis. vñ Eccl'.vij. Melꝰ est ire ad do mū luctus: ꝙ ad domū cōui uij. In illa enī cūctoꝝ admo netur interitꝰ ꝛ cogitat iuue nis q̄d futurꝰ sit: qꝛ ꝓpt' pec cata post mortē dānandꝰ est hō. Jō dicit Aug. Mortē ti metis? Si timetꝫ q̄re a pctō

nō auertis mori male time tis: male viuere nō timetis Noli tīere: nō pōt male mo ri q̄ bñ vixit. Disces bñ mori si didiscerꝫ bñ viuere. Tertio dico ꝙ memoria mortꝫ indu cit multitudinē fraterne cō passiōis: ꝛ de h' legit'.ij. Ma cha.xij. Sācta ḡ ꝛ salubris ē cogitatio ꝓ defūctis exora re vt a pctis soluant' ꝛ hic qꝛ ꝯsiderabat ꝙ hi q̄ cū pietate dormitionē acceperant opti mā haberēt repositā grāz ꝑ viuētiū supple suffragia. Et iō ipi hoc petūt instāter ſm illō iob.xix. Miseremini mei misemini mei. s. v. a. m. quia manꝰ dñi tetigit me. Scd̄o dico ꝙ mors ē expectāda cū ꝑparatiōe debita: ꝛ ad h' in ducit nos saluatoꝛ Math. xxiiij. dicēs. Jdeo ꝛ vos estote parati: qꝛ nescitꝫ q̄ hora dñs nr' venturꝰ sit. ꝑ mortis iudi ciū. Debemꝰ aūt esse pati tri plicit'. Prio sicut seruitoꝛ ad obediēdū. Scd̄o sicut bella toꝛ ad pugnandū. Tertio sic̄ viatoꝛ ad ambulandū. Prio dico ꝙ nos debemꝰ esse pati ad mortē sic̄ suitoꝛ ad obe diēdū. iux' illō ps Paratꝰ suz ꝛ nō sum turbatus: vt custo diā mādata tua. Qui enim

vult ad vitã igredi fuet mã data. mat. xix. Scdo dico ꝙ nos debem⁹ eẽ pati ad mortẽ sicut beliator ad pugnãdũ. i Pet. v. Aduersari⁹ vr̃ dyabolus tãꝗ leo rugiẽs circuit q̃rẽs quẽ deuoret: iõ ad resistẽdũ d̃bem⁹ eẽ pati iuxͣ illd qd seq̃t. Cui resistite fortes i fi. maxie in fine vbi isidiat᷑ nr̃o calcaneo. Geñ. iij. vñ. i. Cor. xiiij. Si icertã vocẽ det deus. s. subito vocãdo q̃s ꝑpabit se ad bellũ. q. d. stultũ ad vltimã horã spec'are. Tertio debem⁹ eẽ pati sicut viator ad ãbulãdũ. Uiaticũ corpis xp̃i sumẽdo deuote. iuxͣ illd Thob. v. Parat꜒ oibus que necia erãt i via fec̃ Thobias vale p̃ri suo. Sic debem⁹ nos in morte facẽ parẽtib⁹. Tertio dico ꝙ mors est substinẽda cũ firma ꝯstãtia. Qd em̃ vitari nõ põt debemus ẜm Señ. patiẽter ferre: nec tiere. fz em̃ Amb. ꝓpt tria tiet miles amittẽ equũ. Prio ne emẽdã h̃eat. Scdo q2 eq̄ ꝑdito capi possz. Tertio q2 equ⁹ ẽ nobilis bonitat꜒ ꝛ magni valor꜒ ꝑp ista tria nõ d̃bem⁹ timere corp⁹ amittẽ. Securi em̃ esse possum⁹ de emẽda a dño. vñ Amb. Mori nõ tieo q2 bonũ dñm habeo: nec ꝓpter timorẽ captiõis q2 per mortẽ sumus exͣ ꝑiculũ iuxͣ illd ps. Aia nr̃a sicut passer erepta ẽ de laq̃o venãtiũ: laqueus ꝯtritus ẽ ꝛ nos liberati sumus. Nec ꝓpter bonitatẽ q2 reformabit corpus hũanitatis nr̃e ꝯfiguratũ corpi claritatis sue. Rogemus ergo dñm nostrũ ꝛc.

¶ Generalis Sermo. xxix.



Euertat᷑ puluis in terrã suã ꝛ sp̃us redeat ad deũ qui dedit illuz. Eccl. xij. Naturale ẽ ꝙ oia ad suũ principium reuertãtur. Unde de fluminibus d᷑ Eccl. i. Ad locũ vñ exeunt flumina reuertunt᷑ vt iterũ fluãt. ꝛ Geñ. iij. d᷑ hoi in p̄mo patri. In sudore vultus tui vesceris pane tuo: donec reuertaris in terram de qua sumptus es: q2 puluis es ꝛ in puluerẽ reuerteris. Sciẽdũ est igit᷑ ꝙ hõ hz duo p̄ncipia. s. corpus ꝛ aiaz p̄ncipiũ corpis est terra. anime vero deus. Et ideo oportet eam reuerti ad sua principia. Et hoc est quod eis

dicitur in verbo pposito. In quo quidē verbo duo notant. Primū est resolutio ad principiū subiectiuū: cū pmittit. Reuertat puluis i terrā suā Scdm est regressio ad pncipium pductiuū: cū additur Et spūs redeat ad deū q dedit illū. ¶ Primo quantū ad pncipiū subiectiuū. qd notatur cū dr. Reuertat puluis in terraz suam est sciendum q pulueris cōditio vl reuersio p quaz nostra resolutio per mortē designat tres hz malas pprietates. ¶ Primo puluis de terra orit. Secundo puluis faciliter spargit. ¶ Tertio puluis pedib' conculcat et subijcit. Sic est de nro corpe miserabili. ¶ Primo nāq de terra est: et d terra nascit. vn Job. x. Ipse loquēs ad deū sic ait. Memēto q̄so q sicut lutū feceris me et in puluerē reduces me Lutū autem de puluere fit. Re. vij. c. Induta ē caro mea putredine et sordib' pulueris cutis mea. q. di. de sordibus pulueris fact' sū. Et iō non dz hō supbire: sed se humiliare pptérea dicit Eccle. x. c. Quid supbis terra et cinis. q. d. nō habes materiā supbiēdi ppt duo videmus q hoies hūiliāt se. Primo p pt sui ifirmā ɔditionez. Vn Matth. v. Humiliatio tua in medio tui. Scdo ppter alior cōparationē. vn greg. i. lib. Dyalogor dicit. Si qs putat se aliqd eē dū de alijs meliora audierit humiliat. Exēplū habemus in moralibus. Videm' enī q hoies infime cōditionis semp sedēt inferius. Si q putēt se etiaz aliud esse maioribus supuenietibus eius cedūt. Duas predictas causas hūilitatis hūt in se hoies huius mūdi Prio haber in se vtilitatē cōditionis q de terra sunt. iō supbire nō debent. vn Eccl. x. Quid supbis terra et cinis q. d. causam supbire non habes: sz humilitatis magne. Scdo hūt in se inequalitatē cōparationis: quid oia sunt eis nobiliora. vn Bern. Si purpureo habitu te iactas paulo honestius nobilitat. Si cantu philomena dulcis cantat. Si pulchritudine rosa pulchrior. Si fortitudine thaur' fortior. Si aiositate leo animosior vel audacior. Si sapientia formica sapientior. Si generositati de

mon generosior. Nō solū hō
de terra est: sz in puluerē re
uertit᷑. vñ de eo dicit dñs ꝑ ꝓ
phetā. Aruit tanꝗ̄ testa vir
tus mea: ꝛ ligua mea adhe-
sit faucib⁹ meis: ꝛ ī puluerē
mortꝫ deduxisti. vbi nota ꝙ
res trāsit cū onere suo. sz iu
ra. hō autē de puluere est ꝑ
mortē aūt trāsit in puluerē.
Et iō sicut hō viu⁹ ē vilis sic
etiā mortu⁹. ꝛ multo āplius
vñ Inno. ď vtilitate ꝯditiōis
hūane nature. Quid fetidi⁹
hūano cadauere. Quid hor
ribili⁹ hoīe mortuo? Cui⁹ sa
cratissim⁹ erat aspect⁹ ī vita
molest⁹ erit aspect⁹ ī morte.
Scđo dicebat᷑ ꝙ puluis faci
liter spargit᷑. Sic ꝛ hō facili
ter morit᷑. Vñ modico vento
modico ferro: modico vene
no cōterit᷑. Iō dicit Job. Ec-
ce nūc ī puluere dormio: ꝛ si
mane me q̄sieris nō subsistā
Ubi est sciē. ꝙ cōditio pulue
ris q̄nq̄ꝫ reddit odorē vt aro
mata trita q̄nq̄ꝫ reddit feto
rē vt stercoꝝ puluis. sic ē de
resolutione ꝑ mortē. Quidā
eñi relinqūt post se odorez
bonarū ꝟtutū ꝛ exēplorum
sāctoꝝ sicut fecit Job ꝛ Tho
bias de quib⁹. ij. Job. Hanc
autē tentationē permisit ei

deus vt posteris daretur ex
emplū patientie eius sicut
ꝛ sctō Job in quo odorē san
cte aīe cōuenit. Alij pulue-
res relinquūt fetorē pecca-
toꝝ ꝛ pessime fame. De q̄b⁹
in figura ď Job. vij. Induta
est caro mea putredine et
sordib⁹ cutꝫ mea. Ista pulue
ris resolutio ꝑ mortē bñ fi-
gurata fuit Daniel. vij. In
statua Nabuchodono. q̄ lz
hēret caput aureū ꝑ fulgētē
sapiētiā vel ꝑ dñiuz ꝛ epulē-
tiā pect⁹ ꝛ brachia argētea
ꝑ sonorā eloquētiā. vētrē ere
uz ꝑ sanitatꝫ ꝑmanētiā. tibi
as ꝛ ptē pedū ferreas ꝑ for
titudis excellētiā: tñ ꝑs vlti-
ma fuit fictilis ꝑ īstabilita-
tis: ꝛ fragilitatis deficiētiā.
vñ et lapis diuīe iusticie cō-
minuit ꝛ redegit in puluerē
q2 fūdata fuit in fragilitate
lutea. Tertio dicebat᷑ ꝙ pul-
uis pedib⁹ subijcit᷑. vñ Mat
th. xxiij. Excutite puluerē de
pedib⁹ vr̄is. Pes q̄ ē vltia ꝑs
hoīs figurat mortē q̄ ē finis
vite. Vñ ď Geñ. ij. Dyabol⁹
īsidiabit᷑ calcaneo ei⁹. Huic
subijcit᷑ puluis nr̄e fragilita
tis. vñ aug. in sermōe. Audi
q2 nolēti dñata ē mors. has
īsidias in resolutiōe sui pul-

uer₃metuēs hic dn̄s vł dn̄a cōtra se muniuit sacramēt₃ eccłie.maxie viatico corpis xp̄i:qd̄ ē robur in via qua ad patriā tēdit̄ vt illuc pueīret secure.¶ Scd̄o pricipałr in v̄bo pposito notat̄ egressio ad pricipiū effectiuu₃:cū dr̄ Et sp̄us redeat ad deū q̄ dedit illū Sȝ q̄s aut q̄lis sp̄us redibit.R̄n̄deo q̄ r̄dibit ad deū.P̄rio sp̄us q̄ ppūgit̄:nō sp̄us obstinat⁹.Scd̄s sp̄us dirigit̄:nō sp̄us obliq̄t⁹.Tertio sp̄us q̄ cōpatit̄:nō sp̄us obdurat⁹.¶ P̄rio dico q̄ ad deū reuertit̄ sp̄us q̄ cōterit̄ nō sp̄us obstiat⁹.vn̄ ps.Sacrificiū deo sp̄us ɔtribulat⁹ cor cōtritū ꝛc.Quałr aūt debeat fieri h̄ sacrificiū.Sciēdū est q̄ in veteri testō sacrificiū fiebat de aīalib⁹:ꝛ sic fiebat.Nā p̄rio pecora occidebantur.Scd̄o excoriabātur.Tertio inscidebant̄ Quarto in piscina lauabant̄.Quito sacerdoti offerebāt̄.Sexto cremabāt̄.sic sp̄ałr dȝ fieri sacrificiū sp̄us ɔtriti i pn̄ia ¶ Naȝ p̄rio dȝ volūtas sp̄us nr̄i mūdo mrt̄ifici iuxta illud Coł.iij Mortificate mēbra v̄ra q̄ sunt sup terra₃.Scd̄o dȝ excoriari ɔuersatōe₃ veterē amouēdo:iuxta illd̄ Coł.iij.Expoliātes vos veterem hoīe₃ iduite nouū:q̄ s̄m deu₃ creat⁹ est ꝛ Esa.lv.Dereliq̄t impi⁹ viā suā:ꝛ vir iniqu⁹ cogitatōes suas.¶ Tertio dn̄t pctā in frustra diuidi p subtilē examinatōe₃:ꝛ distincte iuxta illd̄.Esa.iij.Recogitabo ti.om.an.me.i amaritudine aīe mee. Quarto dn̄t lauari p lachrymar̄ effusionē iux̄ illd̄.Esa.i.Lauamini: mūdi estote:auferte malu₃ cogitationū ve.ab ocu.me. ¶ Quito dȝ sacerdoti offerri p verā ɔfessionē iux̄ illud ps.Dixi cōfitebor aduersu₃ me iniusticiā meā dn̄o.dixi cōfitebor.i.pposui:q̄ɀ sufficit bona volūtas vbi nō est oportunitas ɔfitēdi seq̄t̄ aduersum me nō aduersus p ximū me excusando:sicut fecit adā dicēs.Gn̄.iij.Mulier quā dedisti mihi sociā dedit mihi de ligno ꝛ comedi. seq̄tur iniusticiam meā:nō meas iusticias sicut fec̄ pharise⁹ q̄ dicebat.Dn̄e nō sū sic̄ ceteri hoīs.Sexto ꝛ vltimo dn̄t p sacerdotē icēdi p integrā absolutōe₃.Tūc eīn oīa pctā delet̄.iux̄ illd̄.mat.xvi. Quecūq̧ solueris sup terrā

erũt soluta et ĩ celis: ⁊ q̃cũq̧ ligauerĩ sup terrã erũt ligata ⁊ ĩ celis Tale sacrificiũ est deo spũs ꝯtribulat⁹ nõ spũs obstinatus. Uñ Ro. ij. Scdʒ duritiã tuam ⁊ impenitens cor tuũ thesaurisas tibi irã id est effectuʒ ire per penas in die ire. id ẽ iudicij. de quo q̃ cãtat eccl'ia. Dies illa dies ire: calamitatis ⁊ misie: dies magna et amara valde. Tal' nõ fuit spũs hui⁹ dñi vl' oñe. Sed fuit spũs ꝯtribulat⁹ et cõiunct⁹. ¶ Scdo dico ꝙ ad deũʒ reuertit spũs q̃ dirigit nõ spũs obliquat⁹ ⁊ d̃ h̃ spũ dicit p̃s. ipʒ postulãs dari sibi. Spm rectũ inoua ĩ visceribꝰ meis. Rectũ est cui⁹ mediũ nõ deuiat ab extremis. Extrema dilectõis sũt de⁹ et ꝓxim⁹. mediũ ẽ ipsa dilectio Tũc aũt ẽ recta dilectio ẜm Greg. cũ amicos diligim⁹ in deũ ⁊ inimicos diligim⁹ ꝓpt deũ. De talibꝰ d̃r Cãt. i. Recti diligũt te. Spũs taliũ r̃uertit rectavia ad deũ iux̃ illud p̃s. Spũs tu⁹ bon⁹ dedu. me in ter. rectã: ⁊ nõ spũs obliquat⁹ ꝑ odiũ ⁊ iuidiã q̃lis fuit spũs saulis q̃ nõ rectĩ ocul' ꝓpt iuidiã dauid aspiciebat vt d̃r. i. Reg. xviij. Tal' nõ fuit op⁹ hui⁹ dñi vl' oñe sicut nostis. Tertio dico ꝙ ad deũ reuertitur spũs qui ꝯpatitur non spiritus obdurat⁹ Beati eñi misericordes: q̃m ipsi miam ꝯsequuntur. math. vij. ẜm Grego. Mia comes est defũctoꝝ. ⁊ post dicit ꝙ nõ vidit misericordẽ mala morte perisse ve perire. De tali spũ d̃r ĩ ꝑsõa viri pij. eccl'. xxiiij. Spũs me⁹ sup mel dulcis: ⁊ vere sup mel ⁊ plusq̧ mel: qr dulcedo mel' hʒ deteriatos effect⁹ Dulcedo ꝯo ꝯpassiõis hʒ indeteriatos. vñ ad Thi. i. Pietas ad oĩa valet. Talis spũs ad deũ r̃uertit nõ spũs obdurat⁹. Cor eñ durũ male habebit ĩ nouissimo. ecc. xiij Talis nõ fuit spũs hui⁹ dñi vl' oñe: ʒ plen⁹ oĩ pietate et mia: iõ ibi d̃r. Euge fue bõe qr ĩ pauca fuisti fidel' supra mult'a te ꝯstituã ĩtra ĩ gaudiuʒ dñi tui. Ad q̃d gaudium nos ꝑducat ies⁹ c. d. fi. amẽ.

¶ Generalis ẜmo. xxx.



Cõm multitudinez doloꝝ meoꝝ ĩ corde meo letificauer̃t aĩam meaʒ p̃s. Quili-

bet dolore cordis attractꝰ ꝺ
morte huiꝰ charissimi fr̄is
vr̄i. Si prudēs ē dicet cū pro
pheta. Scḋz mltitudinē ⁊c.
Cōsolatōez nob̄ igerit mors
eiꝰ ꝓpter tria. ¶ Prio qr fuit
pacifica. Naturalr̄ em̄ obijt
nō gladio: nō veneno: nō re-
pētino morbo nō fulgore su
bito sȝ naturalr̄ debitū vni
uerse carnis exoluit. Ita ꝙ
ipe potuit dicere istō ps. In
pace in ipiῡm dormiā ⁊ reqe
scā. Sic ei prio hoi ꝑ pn̄s to
ti posteritate eiꝰ dictū ē. Pul
uis es ⁊ i puluerē reuerterꝭ
Gen̄. iij. ¶ Scḋo qr eiꝰ mors
fuit domestica. In ꝓpis em̄
suis obijt: nō in aliēa pr̄ia ⁊
ligua sȝ pn̄tibꝰ pētibꝰ fr̄ibus
sororibꝰ: notis ⁊ amicis q̄ eo
egrotāte ⁊ moriente ꝯsolati
sūt ⁊ i sepulchꝝ āticꝝ suorū
hūanere. talr̄ mors oībꝰ na-
turalr̄ desiderāda ē. Legr̄ ei
de berzalay amico dd̄ q̄ dixit
ei cū dd̄ inuitaret eū ad deli
cias regias. ij. Reg. xix. Re-
uertar fuꝰtuꝰ ⁊ moriar iu ci-
uitate mea: ⁊ sepeliar iux̄ se
pulchrum pr̄is mei et mr̄is
mee. Tertio qr eiꝰ mors fuit
deuota. Spūalibꝰ em̄ armis
munitꝰ obijt sub armis inꝗ
cōfessiōis pure absolutiōis
eccl̄iastice. Cōiones sacrosā
cte vnctōis extreme: quē cū
solēnibꝰ exeqis prosecuti su
mus ⁊ orōnibꝰ deuotꝭ. Ista
sūt arma fideliū ꝑ q̄ dyabo
lo resistit̄ ⁊ vicit̄. Ephe. vi. In
duite vos armata dei vt pos
sitꝭ stare aduersus insidias
dyaboli. Hoc ē qḋ legit̄ Exo.
xiij. Qui filij israel de egyp-
to exūtes in terrā ꝓmissiōis
hierico tres armati ascēde-
rūt. Rogemꝰ ꝗ dn̄m.

¶ Generalis ſmo. xxxi.



Onsolami-
ni ꝯsolami-
ni ꝓple me-
us dicit dn̄s
deꝰ nr̄. Esa.
xl. ista sunt
ṽba dn̄i cō-
solātꝭ eos q̄ ꝯtristāt de mor
te caroꝝ suoꝝ. Debemꝰ autē
ꝯsolari ꝺ morte caroꝝ nr̄oꝝ
ꝓpt̄ q̄ttuor rōnes. Pria rō
est ꝓpt̄ mortꝭ cōionē: qr oēs
iuoluit snīa ⁊ iudiciū mortꝭ
Eccl̄. iiij. Cōmunionem mor
tis scito. Eccl̄. xl. Omnia q̄ ꝺ
terra sunt in terrā couerten
tur. Eccl̄. xli. Noli metuere
iudiciū mortis. Memēto q̄
āte te fuerūt ⁊ q̄ post te sup
uētura sūt. Hoc em̄ iudiciū
oī carni a dn̄o datū est. q. di.

Mors nemini parcit: nō ē
apud eam psonaꝝ accertio.
¶ Scḋa rō est: q̇a mors est
ab erūnis hui⁹ mūdi libera-
tio. Carnis eductio. Debiti
solutio. Laboꝝ merces. Exi
lijs finis. vie termin⁹ hostis
triūph⁹ eccl. xxij. Modicuꝫ
plora sup mortuū qm̄ req̇e-
uit. ¶ Tertia rō quare ꝯsola
ri debem⁹ est: qꝛ nō possum⁹
eos flēdo suscitare. Ecclesi.
xxxviij. Ne dederꝫ i tristicia
coꝛ tuū sꝫ repelle eam a te ⁊
memēto nouissimaꝝ et noli
obliuisci: neqꝫ eīm est cōuer-
sio: ⁊ huic nihil pderis ⁊ te
ipm pessimabis. Quarta rō
est: qꝛ oēs seq̄mur eos ⁊ satꝫ
cito: ⁊ in hⁱ cōsolari debem⁹
sicut aliq̇s sciēs se in primo
cursurū vltra mare sine re-
uersiōe: nō multū doloret i-
mo gauderet si videret ami
cū suū illuc pcedē. Eccl. xxx.
viij. Meōꝛ esto iudicij mei:
sic erit et tuū mihi heri ⁊ ti-
bi hodie. vn̄. ij. Regū. xij. Di
xit dauid pp̄ter infantē duꝫ
adhuc viueret ieiunauit ⁊ fle
ui dicebā eniꝫ q̇s scit. Si foꝛ
te donet eū mihi dn̄s ⁊ viuat
infās? Nūc aūt qꝛ mortu⁹ ē
q̄re ieiuno Nūq̇d potero re
uocare eū ampli⁹ Ecce vadā
magis ad eū: ille aūt nō re-
uertet ad me. Et cō solat⁹ est
dauid ⁊ bersabe vxorē suaꝫ.
ij. Reg. xij. Oēs morimur et
q̄si aq̄ dilabimur sup terraꝫ
q̄ nō reuertūt. Rogemus ergo.
¶ Generalis sermo. xxxij.




Aucitatē di
erū meoꝛuꝫ
nūcia mihi
ps. s. pphe-
ta ꝯtra insi
pientiā illo
rū q̄ sibi mlt
tos ānos prefugisit. sic dice-
bat diues ille. Luc. xvi. Aīa
mea hēs multa bōa posita i
ānos plurimos req̇esce: co-
mede: ⁊ bibe: sꝫ dixit illi de⁹.
Stulte hac nocte aīaꝫ tuaꝫ
repetēt a te q̄ aūt ꝯgregasti
cui⁹ erit? Paucitatē q̄ꝫ dicit
ꝯtra illos q̄ pponūt de mltꝫ
dieb⁹: q̄rū stultitiā redargu
it apls Jacob⁹ dicēs. Cāt. iiij
Ecce nūc q̄ dicitis hodie ⁊ autē
cras nō ibim⁹ in illā ciuitatē
et faciem⁹ ibi quidē annum
⁊ mercabimur ⁊ lucrū facie
mus q̄ ignoratis q̇d i crasti
nū erit. Et iō ꝯgrue dr̄ p ps.
Paucitatē dieꝝ meoꝝ nūcia
mihi. Quattuoꝛ modis nun
ciat nobis dn̄s paucitatem
dieꝝ nr̄oꝝ. s. in scripturis: in

picturis:in exēplis ꝛ in q̄tidianis defectibus. Pri̇o:in scripturis Job. Paucitas dierū meoꝝ finiet̄ breui.idem.xiij. Breues dies hoīs sūt. Idem Homo natus ḋ muliere breui viuēs tp̄e.idē. Dies mei finiēt̄ breui. ꝛ dd. Anni mei sicut aranea meditabūt: ꝛ dies ānoꝝ meoꝝ i ip̄sseptuaginta annis. Si aūt in potētatibus octuaginta anni et amplius eorum laboꝛ ꝛ doloꝛ. Adā legit̄ vixisse annis nonigētis ꝛ.xxx.ꝛ septuaginta q̄ restabāt vsq̄ ad milenariuz relict ̄ vite nr̄e. Nota q̄ oēs ad hūc terminū veniāt:sꝫ illi q̄ multū viuūt vel ad.lxx.vel lxxx.ānos pn̄t habere vires ꝛ potētias ꝛ āplius eoꝝ laboꝛ et doloꝛ. Scd̄o in picturꝭ qꝛ in q̄busdā locꝭ depigit̄ mors hoc mō.s.vetula. Nigra alata. Ore patulo:vultu pallido. Aspectu toꝛuo et vncū in manibus tenēs. Vetula depigit̄ ꝑpt̄ antiq̄tatē:qꝛ nō ē nouū q̄ hoīes moꝛiunt̄:sed ab initio sic fuit. Nigra ꝑpt̄ aduersitatē:qꝛ inter oīa dāna q̄ accidunt istō est potissimū:sicut est qn̄ aliq̄s amittit amicū vel consanguineū. Alata ꝑpt̄ velocitatē:qꝛ cito et ip̄rouisa venit. Ore. Nil incertius hoꝛa moꝛtis. Ore patulo ꝑpt̄ voracitatez qꝛ oēs deuoꝛat et nō est homo q̄ viuit et nō videbit moꝛtē. Vultu pallido ꝑpter effectū:qꝛ q̄ntūcūq̄ os pulchꝛ sit moꝛs ip̄z pallidū efficit ꝛ defoꝛmē Aspectu toꝛuo ꝑpt̄ crudelitatem:qꝛ nemini pcit Vn̄ Boe. Moꝛs spernit altā gloꝛiam ïuoluit pariter et hūile casū caput:equat sūmis infima. Vncū gerit i manibus ꝑpt̄ rapacitatez:qꝛ aīam educit de coꝛp̄e.vn̄. Siccine sepat amara moꝛs. Tertio i exēplis moꝛiētiū Eccl.vij. Melius ē ire ad domū luctus q̄ ad domū cōuiuij. In illa em̄ finis cūctoꝝ admonet̄ hoīm:et in illa cognoscit hō q̄d futurus sit.ḋ hoc hēs Job.xxxvij. Ingrediat̄ bestia latibulū suuz ꝛ in ātro suo moꝛabit̄ bestia dr̄ q̄si vastia a vastādo est hō qꝛ bona naturalia vl̄ gratuita vastauit:q̄ cū honoꝛe essꝫ non intellexit:cōparatus est iumētis insip̄iētibus et silis fctūs ē illis.ps. Hic dꝫ igredi latibulum vteri materni vbi ꝑ nouē menses latitauit et aīaduerte qualis ibi fuit Et in antro sepulchꝛi dꝫ mo-

rari: vt videat ălis erit. De memoria mortiȝ petrus man ducator fecit hos v̄sus sup sepulchrū suū. Petrus etiaȝ quā petra tegit dictusq̈ co- mestor. Nūc comedor docui viuus nūc cesso docē. Mor- tuus vt dicat q̇ me videt in- cineratū. Quod sumus iste fuit: erimus quoq̈ qđ hic est Quarto in quotidianis defe ctib⁹: qꝛ dolores et egritudi- nes mēbrorū sunt quasi nū- cius et preābuli mortis. Un̄ dicit dn̄s in euāgelio. math. vel Luc. Estote siles expectā tibus dn̄ȝ suū: vt cū venerit ꝛ pulsauerit ꝯfestiȝ aperiāt ei. Ubi dicit Greg. Uenit cuȝ ad iudiciū pperat pulsat cū p egritudinis molestias esse mortē vicinaȝ designat. Cui cōfestiȝ aperim⁹ si hunc cū a- more suscepim⁹. Qđ ipse nob pstare dignet. Rogem⁹ ergo

¶ Generalis. Ser.xxxiij.



Memor esto iudicij mei sic erit ꝛ tuuȝ mihi heri ꝛ tibi hodie. ecclesi. xxxviij.

Hec v̄ba possunt esse defun cti auxiliū implorātis. Que quidē verba. Prio sunt mo- tiua ad cōpassionē cuȝ dicit. Memor esto iudicij mei. Scđo sunt cōtentiua p vtilē istructōeȝ cū addit. Sic erit ꝛ tuū: mihi heri ꝛ tibi hodie. Ut aūt verba ista magis nos moueāt ad cōpassionē consi derāda sunt qttuor. Primū est qrtū ālibȝ nr̄m sit ei obli- gat⁹. Quilibet autem nr̄m ē obligatus cuilibet eorū qui sunt in purgatorio. Aut vin- culo nature: hoc viculo obli- gati sumus parētibus nr̄is Eccl. vij. Honora patrē tuuȝ ꝛ gemit⁹ mr̄is tue ne obliui- scaris: memēto qm̄ nisi p il- los nō fuisses. et retribue il- lis qm̄o ꝛ illi tibi. Et iđ ecclia orat p parētib⁹ cōit sicut pꝫ gn̄aliter. Aut vinculo bn̄ficē tie. hoc vinculo sum⁹ obliga- ti nr̄is bn̄factorib⁹. Heb. vl. Bn̄ficētie aūt ꝛ cōionis noli te obliuisci: talib⁹ eni hostijs pmeret de⁹. Nā obliuisci bn̄ ficioꝝ magna ingratitudo ꝛ rusticitas fore ab oib⁹ iudi- cat. Aut vinclo amicitie hoc vinclo obligati sum⁹ amicis ꝛ familiarib⁹. Quoꝝ cuilibet pōt eē illa vox Job. xix. Mi- seremini mei. miseremi mei. saltē vos amici mei qꝛ man⁹

dñi te.me. Sz multi sunt quorũ viculũ in hoc dissoluit prosperitas tp̃alis.iij esdre. Nõ meminerũt cũ biberint amicitiã nec sterilitatẽ. Aut vinculo grẽ.hoc vinculo obligati sum⁹ oib⁹ parentib⁹ spũalibus et fr̃ibus.vñ possumus nos dicẽ illud Mach. Mẽores sum⁹ nr̃i. Scdz est q̃s sit eorũ status. Ad hoc autez vt ampli⁹ moueamur ad cõpatiẽdũ eis debem⁹ cõsiderare statũ eoꝝ qualiter ꝯsistit in trib⁹. Primo in pene acerbitate: vt pote in camio ignis ardẽdis. De quoꝝ quolz põt dici illð.i.Coꝛ.iij. Ipse autez salu⁹ erit si trãsiuit q̃si p ignẽ Scdo in patiẽtie necessitatẽ vt pote positos duri carcerꝭ ergastulo vt possit q̃libz eorũ dicere amico suo illð Ge.xl. Memẽto mei cũ bñ tecũ fuerit et facies mecũ miaz vt suggeras pharaoni vt educat me ð isto carcere. Tertio in se iuuãdi impossibilitate: vtpote positos i miseria extreme depauperationis: vt possit quilibet dicẽ cuilibet nr̃m illð Hie.iij. Recordare paupꝑtatꝭ ꝛ trãsgressiõs mee absinthij ꝛ fellis. Tertio est q̃s subueniẽdi mod⁹ Mod⁹ subueniẽdi eis dz esse. Prĩo affectuosus: qꝛ pena intẽsa. Debem⁹ ergo eis subuenire ex magno affectu vt impleamus illud apl̃i Heb.xi. Memento iunctoꝝ tanq̃ simul iñcti: et laborãtiũ tãq̃ et ipsi in coꝛpe cõstituti. Scdo operosus vt sit redẽptio sita. Debemus ei eis subuenire multiplici effectu. De quo i his v̾sibus continet. Missa frequens: sancteq̃ preces: ieiunia sacra. Prosunt defunctis prodest elemosyna crebꝛa. His ei suffragijs captiui ille redimũt.ij.Macha.xij. Uir fortissim⁹ iudas col.fa.duo.mil.drag.ar.mi.hier.of.eas ibi p pec.moꝛ.iusteꝛ re.ð re.su.co. Tertio ꝯfitemus qꝛ nõ est eis iterpellatõis gratia. Debemus eñi subuẽire eis ꝯtinue.i.p locoꝛ tp̃e vt rñdere eis possit q̃libz nr̃z. Treñ.iij. Memoꝛia memoꝛ ero et tabescet in me anima mea. Quartũ est q̃s subueniendi fructus. Fructus subuẽtõis magnus ẽ. Prĩo istam subuẽtionẽ de⁹ acceptat vt de hac i iudicio dicturus sit. Math.xxv. Amen dico vobis q̃diu fecistis vni de fratribus his meis minimis mihi fecistis

Scdo qz p hanc subuẽtionẽ afflictoꝝ aĩas liberat.ij.ma.xij. Sancta ꝛ sa.est cogi. pro defunctis ex.vt a pctis soluãt Tertio qz per hãc subuentionẽ subueniẽtez remunerat. Tho.iiij. Elemosina ab omi pctõ et a morte liberat ꝛ nõ patit aĩaz ire i tenebris.am̃.


¶ Pro adolescente. Ser.xl.



Onsũmatꝰ i breui expleuit tpa mlta. Sap.ix. In his verbis nunc vobis ꝓpositis scriptura: de hoc puero duo dicit. Prio velocẽ transitum huius vite.ibi. consũmatus in breui. Scdo dicit vtilitatẽ istius trãsitus. ibi. expleuit tpa multa. Dicit ergo cõsummatꝰ ꝛc. quasi diceret qd alij faciũt mltis tpibus iste puer fecit i breui. Et propt̃ hoc illud nõ est lamẽtabile sz magis laudabile. vñ Eccl. Laudaui mortuos magis viuentes. Deus voluit ꝙ vita istiꝰ pueri cito finiret propt̃ tria Prio anteꝙ corrũperet vitio. Scdo anteꝙ grauaret senio Terio añꝙ affligeret suppli cio. ¶ Prio voluit deus ꝙ vita istiꝰ pueri cito finiret ãteꝙ corrũperetur vitio. Ne eñ ꝓpter longiorez vitã innocẽtiã perderet eripuit cũ deus de pñti vita cito. Sicut ĩpossibile est declinare per viam puluerosam ꝙ pedes nõ impuluerizent: sic impossibile est diu viuere in mũdo ꝙ hõ nõ peccet: ꝓpterea dr. Sap. Raptꝰ ẽ ne malicia mutaret intellectũ eiꝰ. ¶ Scdo voluit deꝰ ꝙ vita istiꝰ pueri cito finiretur anteꝙ grauaret senio. Quis est q̃ ãgustias et tribulatiões senũ possit narrare? Audi q̃d dicit gre. Si hõ ad senectutẽ venerit stati cor affligit: caput concutit. aures surdescũt: calligant oculi: nares fluũt: dẽtes putrescunt: fetet anhelitꝰ tremit tactꝰ et deperit actꝰ. Et ideo deꝰ hũc pueꝝ de hac vita vocauit vt hec mala nõ sustineret. Tertio voluit deus ꝙ vita istius pueri cito finiret añꝙ affligeret supplicio. Debetis scire ꝙ q̃ veniũt ad ãnos discretiõis vix post mortẽ euadũt penã saltez purgatorij. rõne offense. Sz hic puer cum adhuc nihil peccauerit in vita ista pꝰ mortez nullã penã sustiebit qz q̃ nõ fuerit ꝑticeps

culpe nec erit pene. Uñ ipse pt dicere illd i. Thi. iiij. Cur suz psũmaui. s. isti⁹ vite fidẽ seruaui. s. recipiẽdo baptismũ ꝛ alia sacra ecclie. In reliq reposita est mihi corona

¶ Sermones alij funebres ad quoscũqȝ.



Duxit me de lacu mi̅ie ꝛ d luto fecis. ps xxx. Hic mundus amatoribus ei⁹ ẽ delectabil' ꝛ amenus. Uiris aũt spũalib⁹ ẽ iopia ꝛ miseria sic carcer plenus miserijs. iux illud Job. Putredini dixi pr me⁹es mr mea ꝛ soror mea v̄mib⁹. Et iõ amatores mũdi hãc vitã nunq optãt finiri. Hi econtrario dolẽt ꝛ qrunt eã plõgari diuti⁹. Uoces amatorũ mũdi sũt he vt hr Sap. xx. Uenite fruamur bõis in vita nr̃a coronemus nos rosis anq marcescãt. Iustoruz aũt voces sũt he. ps. Heu mihi qꝛ icolatus me. plõg. est. Et Apo. Infelix ego qs me liberabit a corpe mort' hui⁹? Et iõ dic: vbũ ppositũ. Eduxit me. ꝛc. Ubi ẽ sciẽ. q dñs eduxit electos suos. Prio de pctõ dãdo eis ptrictionẽ. Secũdo de amore huius sctĩ ad amorẽ suũ. s. trahẽdo d malo ad bonũ vel ad religionẽ. Tertio eduxit de corpe pducẽdo ad btitudinẽ. Prio dico q eduxit de pctõ dãdo ei cõtritionẽ. Status em̃ pctõr' est plenus mi̅ia ꝛ abhoiatiõe qꝛ pctõr ẽ hostis dei iux illud. Qui facit pctm̃ seruus ẽ pcti. Prouer. xiiij. Justicia eleuat gẽtẽ: miseros aũt facit pctm̃. Dñ g de statu pcti vocat ad puiaz: educit de lacu miserie. Scdo educit de mũdo trahẽdo ad religionẽ: vel sibi infundendo suuz timorem qui extinguit amorem mundi. In statu quippe mũdi inheret mũdanis et terrenis: que acqrunt cũ labore ꝛ sudore. Et gubernãt cũ tiore. vñ Boe. Nũq dies agit qn trepidẽt mẽtes hoim. et Job. Hõ natus de mul'. bre. vi. tpe repl. mł. mi. q qsi flos egre. ꝛ pte. ꝛ. fugit ve. vm. et nũq in eodẽ statu pmanet. Quare mõ sanus: mõ infirmus. Dñ g p gr̃az dei efficit ptẽptor mũdi ꝛ iebriat amore dei educitur de lacu miserie. Tertio educit de corpore ad btitudinẽ quia in hoc

mundo hō non pōt habere pacē nec requiē: qꝛ diuersa gña inimicoꝝ hꝫ. s. dyabolū mūdū ꝛ carnē ꝛ ꝓnitatē ad malū ꝛ difficultatē ad bonū. Uñ Job. Quare data est misero lux ꝛ vita his q̄ in amaritudie sūt. Dū ḡ sepatur a corpe educit̄ de lacu misie ꝛ de luto. vñ Esa lv. In leticia egrediemini ꝛ in pace educemini montes ꝛ colles cātabūt corā vobis laudē. Unde Apost. Nec oculus vidit nec auris audiuit: que ꝛc.

¶ Sermo cōis ad mortuos.



Ibera me dñe ꝺ morte etna. Job vi. Aia que exīt de corpe timēs penas īferni orat ꝛ clamat ad dñm dicēs. Libera me d. ꝛc. Sci. est ſm Aug. de ciuitate dei ꝙ triplex est mors. Pria est mors corpis q̄ fit qn̄ aia deserit corp⁹. Et hec ē mors nr̄a. Scđa est mors aie quādo tpa deserit̄ gr̄a. Et hec ē mors culpe. Tertia ē mors vtriusq̄. s. aie ꝛ corpis q̄ fit qn̄ nec aīa viuificat corpus: nec de⁹ viuificat aīaꝫ. Et hec est mors gehēne: que vocat̄ eterna. Pria ergo mors est corpis quā nullus pōt euadere: nec diues: nec pauper: nec fortis: nec debil'. nec sapiēs: nec stultus: qꝛ nemini pcit. vñ ꝟsus. Est cōe mori mors nulli pcit honori. Ps. Quis est hō q̄ viuet ꝛ nō videbit mortē. q. d. nullus. horā nescim⁹ mortis. Mortēꝫ qn̄ scim⁹. Uñ dñs voluit tp̄s eē incertū vt omni hora hēret̄ suspecta. Et in euāgelio Estote pati: qꝛ nescitis qua hora dñs vester venturus sit. Uñ btūs ille seruus quē cuꝫ venerit dñs eius ꝛ pulsauerit ianuā ꝛ iuenerit eū vigilantē. Amen dico vobis qm̄ super oīa bona sua ꝯstituet eū. Scđa est mors aie. mors eīn aie est pctm̄: quia qn̄ aīa peccat ip̄a morit̄. vñ ꝓphe. Aia qui peccauerit ipsa morietur. Et Jaco. Pctm̄ cū cōsūmatū fuerit generat mortē. Et i euāgelio de iudeis legit̄ Uos in pctis vestris moriemini: hāc possum⁹ euadere per pniam. Uñ Apo. Surge q̄ dormis. i. qui iaces i. pctis ꝛ exurge a mortuis. i. a vitijs ꝛ pctis q̄ sunt mors aie nostre. Et qualiter debem⁹ surgere. s. per verā pniam: q̄ est mala ꝑterita plāgere ꝛ plā-

genda iteruȝ non cōmittere Vñ Amb. ait. Uera pnia est cessare a pctō. Et sic secure poterit dicere. Libera me d. de mor. etna. Tertia ē mors vtriusꝙ. s. tā aie ꝙ corpis que erit in iferno i quo nulla est redēptio vñ in iferno nulla ē redēptio. Tarda ꝓfessio: infructuosa pnia: nulla indulgētia: vbi mors sine defectu ꝛ dolor cū gemitu: vbi mors vocabit et miseris finis nō dabitur. Vñ In dieb⁹ illis querēt gētes mortē et nō inuenient cupient mori ꝛ mors fugiet ab eis. De hac morte dicit ꝓpheta. Mors peccatoꝝ pessima. Idē sicut oues in iferno positi sunt. i. sicut bestie positi sunt i iferno Mors depascet eos qꝛ trāsibunt de morte ad mortē: de pena in penā. Et de vna dānatione in aliā. hec mors ergo est de qua aīa rogat. libera me dñe de morte eterna.

¶ Ad mortuos Ser. cōis.



Et vos estote parati qꝛ qua hora nō putatis filius hois veniet. Lu. xij. In his verbis dñs. Prio indicit preparationē ibi. Et vos estote parati. Secundo ponit rationē preparationis ibi. Qꝛ qua hora non putatis filius hois veniet. Prio nota ꝙ tria sunt que faciūt hominem paratum ad diem mortis. ¶ Primū est iudiciū in seipso scilꝫ quādo homo punit peccata et affligit membra. hoc iudicium valde diligit dñs. Unde Psalm. Honor regis iudiciuȝ diligit. i. ad Corin. xi. Si nosmetipos iudicaremus nō vtiꝙ iudicaremur. ¶ Secūdū est iusticia ad proximū scȝ quādo homo restituit aliena. Eccl. xiiij. Ante obitū operare iusticiā qm̄ non est apud inferos inuenire cibū. Idē Ante mortē benefac animo tuo ꝛ scḋm vires tuas exporrigens da pauperi. ¶ Tertiuȝ est vigilātia ad deum. Mat. xxv. Uigilate qꝛ nescitis diē neꝙ horaȝ. Uigilat aūt homo tripliciter. Prio vigilat ad aspectū veri luminis oclos incertis aptos tenet. Scḋo vigilat ꝗ seruat operādo qḋ credit. Tertio vigilat ꝗ torporis et negligētie a se tenebras expellit. Et de his dicit Michee. vij. Iudicabo ti

bi o homo q̄d dn̄s reqrat a te: vtiq̄ facere iudiciū q̄tuȝ ad teip̄m. et sollitū ābulare cū deo q̄tū ad deū. Circa p̄m nota q̄ tria sunt q̄ ignoram⁹ de morte. p̄pter q̄ necesse habemus p̄parare nos. Priuȝ est tp̄s. Math. xxv. Nescitis diē neq̄ horā. et hic dr̄. Qua hora nō putatis filius hoīs veniet. Certū habes frater q̄ morier͛: sȝ q̄n vbi r q̄ō nō potes scire Mors eīm vbiq̄ te expectat. Tu q̄ si sapiens fueris vbiq̄ eā expectabis. Scd̄m est status. Nescit hō i quo statu moriat͛. Eccl̄i. ix. Nescit homo an odio vel amore dign⁹ sit. Tertio ē modus. Eccl. ix Nescit hō fineȝ suū sed sic̄ pisces capiūt͛ hamo et volucres celi laqo: sic capiuntur hoīes i tp̄e malo Ido. p̄s. dicit. Notū fac mihi dn̄e finē meū. Rogemus ḡ.

¶ Ser. cōis ad mortuos



